

# SCRIPTA

**Numéro Scripta :** 9263

**Auteur(s) :** Étienne de la Rouchefoucauld, Rennes (évêque)

**Bénéficiaire(s) :** Savigny-le-Vieux, Sainte-Trinité de Savigny (abbaye)

**Genre d'acte :** charte

**Authenticité :** non suspect

**Datation :** 1162, 15 mars

**Lieu d'émission :** Rennes

**Action juridique :** confirmation

**Langue du texte :** latin

## Analyse

Étienne évêque de Rennes confirme à l'abbaye de Savigny les biens concédés dans son diocèse.

## Tableau de la tradition

### Copies manuscrites

D. Paris, BnF, n.a. lat. 2500, n. XVI, p. 430-434. Copie du XXe siècle

## Dissertation critique

Transcription : Claude Groud-Cordray (Cartulaire de l'abbaye de Savigny ou Liber cartarum domus Savigneii, episcopatu Redonensi, n° XVI)

### Texte d'après D

In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti Amen. Notum sit omnibus sancte Dei ecclesie filiis et fidelibus tam futuris quam presentibus quod ego Stephanus Dei gratia Redonensis episcopus et totum Beati Petri capitulum pro salute animarum nostrarum et omnium antecessorum nostrorum episcoporum, videlicet ac canonicorum et omnium fidelium Christianorum concedimus et confirmamus ecclesie et monachis Savigneii in perpetuam elemosinam omnes terras, omnes possessiones, omnesque elemosinas atque beneficia que predicte Savigneii ecclesia in presentiarum possidet aut in futurum fidelium largitione, Deo propicio, poterit adipisci in terra de Moscon et in omnibus terris per circuitum ad feodum nostrum pertinentibus et quia nostrum est ex injuncto nobis et Deo episcopatus officio omnium pauperum Christi et maxime religiosorum providere quieti ad jam dictorum fratrum pacem et quietem conservandam et omnium calumniatorum versutiam in perpetuum comprimentam has suas quas jam habent acquisitiones nominatim suscribere et subscriptas sigilli nostri impressione munire curavimus. Ex dono itaque Dodonis de Muscun et Adam et Madon filiorum Zacharie et ex concessione omnium fratrum et filiorum suorum, ex dono etiam Hamonis de Falco et filiorum suorum, concessu predicti Drodonis domini sui totam terram Brollii de Muscum cum toto nemore liberam et quietam. Ex dono Guillelmi Pugnardi et Ruelloni fratris sui et ex concessione domini sui Roberti de Muscun et filiorum suorum Radulfi et Johannis et ex concessione omnium fratrum ipsius Roberti et filiorum ipsorum totam terram de Vaus, liberam et quietam et in qua videlicet terra Galterus Dernac et filii ejus dimiserunt et monachis concesserunt quicquid in terra illa calumniabatur. Ex dono Johannis et Haimonis filiorum Huberti atque omnium filiorum et nepotum suorum, cum Johannes factus est conversus Savigneii et ex concessione Gaufridi Bovarii et filiorum suorum et domini Dodonis et concessione etiam Guillermi de Galiola et omnium filiorum Zacharie et filiorum ipsorum totam terra mquam predictus Hubertus et

filii ejus habuerunt in Galliola et concessione Gaufridi Bovarii et filiorum suorum et ex concessione etiam Dodonis domini ipsorum nec non et filiorum Zacharie et filiorum ipsorum quamdam landulam juxta viam Redonis et Sancti Sulpicii liberam et quietam. Et ex dono Gaufridi Bovarii et filiorum ejus et ex concessione Guillermi de Galliola et Dodonis domini ipsorum nec non et omnium filiorum Zacharie et filiorum Zacharie et filiorum ipsorum quamdam landam terre juxta viam redonis et Sancti Sulpicii et juxta predictum landulam quam donavit Guillelmus de Gaillola liberam et quietam. Ex dono Eudonis de Boriando et Alvei Lupi fratratis ejus et omnium filiorum suorum et ex concessione domini suo Adam de Moscun et omnium fratrum et filiorum ipsorum quoddam pratum et duas dietarias terres juxta Campum Boardi libera et quieta. Ex dono Johanni de Calandor et nepotum suorum Jesberti et Guillermi, quando idem Johannes factus est conversus Savigneii et ex concessione domini sui Guillermi de Flacon et Gaufridi fratratis sui nec non et omnium filiorum Zacharie et filiorum ipsorum duos campos juxta terram Huberti liberos et quietos. Ex dono Alani de Muscun et omnium fratrum et nepotum suorum totum campum Noeli et duas dietarias terre eidem campo contiguas, libera et quieta. Ex dono Adam de Muscun, cum factus est converus Savigneii et filiorum suorum Hervei et Evelini et concessione omnium fratrum et nepotum suorum quamdam medietariam suam propriam in Muscun que vocabatur terra Radulfi Oso liberam et quietam quam donationem concesserunt Johannes sacerdos et Bernardus Brisorguild frater ejus qui terram illam de hereditate sua esse dicebant. Ex dono Rafredi filii Isambardi et Eudonis fratratis sui concedente Rabino filio Rafredi et concedentibus nepotibus eorum Petro et Mainone, concedente etiam Herveo de Orgeria et Evelino fratre suo, concedentibus etiam omnibus fillis Zacharie et filiis ipsorum quemdam campum terre de Percheria liberum et quietum exceptis VI denariis andegavensis monete. Ex dono Petri filii Normanni et Ruellonis fratratis sui concedentibus omnibus filiis ipius Petri, concedente etiam domino suo Herveo de Orgeria et Evelino fratre suo, concedentibus etiam omnibus filiis Zacharie et filiis ipsorum illam partem medietarie Normanni que est juxta viam Redonis ad Filgerias a superiori parte usque ad veterem semitam que dicit de Calandes ad Muscun, liberam et quietam preter IV solidos andegavensium et dimidium monete. Ex dono Borrosi et Eudonis de Borianda, concedente Herveo de Orgeria et Evelino fratre suo duas dietarias de Campo Vizele liberas omnino et quieta. Ex dono illelmi de Falco et concessione fratrum suorum quemdam campum terre juxta viam Redonis et Taurigneii et campum qui vocatur Oscarenos, utraque libera et quieta, exceptis XII denariis andegavensis monete. Ex dono Guillermi Lupi et concessione Johannis Lupelli et Hervei de Borianda et Isembardi, concedente Herveo de Orgeria et Evelino fratre suo IV dietarias terre de Tusca Lamberti liberas omnino et quietas. Ex dono Alani de Moscon et omnium fratrum ac nepotum suorum, quando idem Alanus factus est conversus Savigneii quamdam partem campi de Fontinella liberam omnino et quietam. Ex dono Roberti de Moscon, concessione omnium fratrum et nepotum suorum quamdam partem predicti campi liberam omnino et quietam. Hec igitur omnia ad feodum nostrum pertinentia et a prenominatis fidelibus pro redemptione animarum suarum ecclesie et monachis Savigneii donata, libera in omnibus et quieta et ab omnibus servicio et consuetudine, quantum ad ipsos attinet, absoluta exceptis eis que in quibuscumque locis superius sunt determinata nec iidem et omnia alia ad feodum nostrum pertinencia que posterum sive ab istis sive ab aliis hominibus nostris eisdem ecclesie et monachis fuerunt oblata vel ab ipsis monachis Deo adjuvante fuerunt acquisita ut rata in posterum monachis et inconcussa permaneat. Ego Stephanus Dei gratia Redonensis episcopus et totum Beati Petri capitulum libera similiter et quieta ab hostico et tallia et corvea et questa et ab omnibus aliis consuetudinibus et serviciis absoluta concedimus et in perpetuum confirmamus eidem ecclesie et monachis Savigneii, Salva tamen dignitate Redonensis episcopi ecclesie Sancti Petri, salvo etiam redditu Redonensis episcopi id est conveniente parte de Mangerio ejusdem episcopi sed in particulas terrarum ad feodum de Moscon pertinentes in quo videlicet feodo habet Redonensis episcopus per annos singulos mangerum XX solidorum Redonensis monete de quibus XX solidis redundat monachi quod evenit super terras quas habent de feodo de Muscon. Preterea quam eaque ex liberalitate et donis quorumcumque fidelium ecclesiasticas personis et maxime religiosis viris et pauperibus locis pro Deo conferentur sub tutela et protectione prelatorum Sancte ecclesie debere esse cognoscimus siccirco non solum eaque de feodo nostro jam possidet supradicta ecclesia Savigneii verum etiam ea que ex aliorum in toto episcopatu Redonensi jam habet vel deinceps est habitura confirmare necessarium duximus. Confirmamus itaque eidem ecclesie et monachis Savigneii Campum Boardi quum dedit Conanus de Castellogironis liberum et quietum concedentibus filiis suis, concedentibus etiam hominibus suis ad quorum feodum campus ille pertinebat. Confirmamus etiam terram Tremblei quam dedit Herveus de Saxon, concedentibus filiis suis liberam omnino et quietam preter XII nummos Redonensis monete de Mangerio monachorum Sancti Melani quam terram concesserunt hi homines ipsius Hervei ad quorum hereditatem illa pertinere dicebatur. Ex dono Guidonis Forestarii, concessione fratrum suorum Gaufridi et Petri, ex dono etiam Evani Puelli, concessione Noeli filii sui pratum ipsius Evanus Puelli Dirigneis, liberum et quietum preter VI nummos andegavensis monete reddendo Guidoni tempore falcatonis. Ex

dono Molueri de Moscon, concessione Galfredi filii sui et concessione Radulfi filii Alemanni filii sui terram que vocatur Marra Allcher, liberam et quietam preter IV solidos andegavensis monete. Concedimus etiam predictis Savigneii fratribus atque in perpetuum confirmamus liberas penitus et quietas decimas terrarum quas propriis manibus de sumptibus colent quas videlicet a laica manu jam acquisiverunt vel in posterum Deo permitente acquirere poterunt has autem omnes supra scriptas donationes atque concessiones nec non et alia ad predictum Savigneii monasterium pertinentia ubicumque in episcopatu nostro jam habita sunt vel in futurum Domino largiente haberri poterunt. Universa hec ut liberius et quietus in posterum possideantur in protectione et manutentia et munimento Sancti Petri et nostro fideliter suscipimus et firmiter retinemus. Si quis autem super re ista monachos ipsos aut res eorum aliquibus vexationibus fatigaverit aut lesionе aliqua aut impulsione concusserit, iram Dei omnipotentis sustineat et anathematis gladio se ferendum cognoscat. Facta est autem nostra confirmatio Redonis in talamo nostro et in capitulo Beati Petri anno ab Incarnatione Domini MCLXII Idus Martii. Teste Willelmus abbe de Filgeriis, et Hamelino thesaurario et Radulfo et Eudone archidiaconis et Everio capellano et Maldeto et Marbodo et Radulfo Bigot et Alano de Apigneio et Hugone et Gaufrido canonicis et Engerboldo monacho et Juhello canonicis Filgeriarum.